25 7

CAROLI FAELICIS DE MATTA

Abbatis ac V.I.Ph. & S.Th. Doct.

Super §. Tertio

CONSTITVTIONIS NICOLAI PP. V.

Quæ Concordatorum Germaniæ nuncupatur

ENCHIRIDION

Celsissimo, ac Reuerendiss. D.

D.CHRISTOPHORO BERNARDO

Episcopo Monasteriensi, Administratori Corbejensi, Burggrauio Strombergensi, Sacr. Rom. Imp. Prin. Domino in Borckelo, &c.

D.




[...]æ, Typis Tinassij. 1671.

Superiorum permissu.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.


I. de Angelis Archiepisc. Vrbin. Vicesg.



Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus Sacri Palatij Apostolici Magister.

Celſiſſime ac Reuerendiſſime D.D. Colendiſſ.

VM pauca hæc ſuper Conſtitutione Nicolai Papæ V. Concordatorum Germaniæ adnotata, ſuaſu amicorum typis mandare decreui. C. V. patrocinio commendare ſuadebant non tantum deuota erga eandem meæ ſeruitutis obſequia, verum, & ipſa ratio, vt pote quæ (vt in Principe optat Iuſtinianus in prohemio inſtitu-

tionum) armis contra hostes Fidei Catholicæ decorata, & legibus, tùm ad satisfaciendum poscẽtibus de fide vti Præsul, tum ad definiendum in Imperialibus Dietis vti Princeps, tum demum ad Episcopalem, cæterasque ditiones gubernandas, armata, a malignantium calumnijs, ea vndequaq; tueri valeat; Exiguum quidem obsequij munus; si C.V. meritis ac dignitati comparetur, at quia de proprio labore, & industria partum,

onum) armis contra ho-
s Fidei Catholicæ de-
rata, & legibus, tum
l satisfaciendum posce-
ous de fide vti Præsul,
m ad definiendum in
nperialibus Dietis vti
rinceps, tum demum
d Episcopalem, cæte-
asque ditiones guber-
andas, armata, a mali-
nantium calumnijs, ea
ndequaq; tueri valeat;
Exiguum quidem obse-
uij munus; si C.V. me-
itis ac dignitati compa-
etur, at quia de propri-
abore, & industria pa-
tum,

tum, qualecumque sit,
læto, vt omnia solet, ac
benigno vultu excipiat,
& foueat, humillime
oro, atque rogo.

Romæ 20. Octo-
bris 1671.

C. V. Reu.

Deu^mus^ atq; hum^mus^ seruus
Carolus Felix Matta.

Ad Lectorem.

HAbes, Lector; in hoc opusculo non aliquid noui, sed quid nouiter scriptum. Quis enim hodie audeat dicere, hoc recens est, cum omnia non dico praecesserint, sed millies praecesserint in ijs, qui fuerunt ante nos? Quod clarius euincitur in forensibus, in quibus non potest quis sine lege, hoc est sine ratione, & authoritate, loqui; propterea ad laudem promerendam in scribendo, sufficit, si quae alias dicta sunt, clariori methodo repetantur. At inter ceteras nostrorum temporum iniurias non leuis est haec, quod veram, & certam iurisprudentiam non ha-

Ad Lectorem.

HAbes, Lector, in hoc opusculo non aliquid no... ut, sed quid nouiter scriptum. Quis enim hodie audeat dicere, hoc recens est, cum omnia non dico praecesserint, sed millies praecesserint in ijs, qui fuerunt ante nos? Quod clarius euincitur in forensibus, in quibus non potest quis sine lege, hoc est sine ratione, sine authoritate, loqui; propterea ad laudem promerendam in scribendo, sufficit, si quae ... dicta sunt, clariori meth... repetantur. At inter cae... nostrorum temporum ini... non leuis est haec, quod ver... & certam iurisprudentiam ... ha-

beamus, quia quod una via institutum erat, Consulentes in diuersa torserunt, & legum professores à prisca semita declinantes, obscura omnia, & ambigua reddiderunt, vt notat Calu. in lex. iur. eod. verbo. Idcirco in comprobandis sententijs, quae paucis his versibus continentur, cum agatur de sublimiori materia, & quae in Sacro Purpuratorum consessu tantum pertractatur, ne quid incerti traderem, sola Canonum, & legum authoritate sum usus. Vale.

APPROBATIO.

Librum hunc, cui titulus est, Caroli Fælicis de Matta, Abbatis, ac V. I. Phylos. & Sac. Theol. Doctoris super §. tertio Constitutionis Nicolai Papæ V. quæ Concordatorum Germaniæ nuncupatur, Enchiridion; *diligenter legi, & in eo nihil Catholicæ Fidei, bonis moribus, sacrisque canonibus contrarium animaduerti, quin imo ipsum opus, breue quidem, sed copiosa eruditione refertum, & probè elaboratum, dignumque, vt in lucem prodeat, inueni. Romæ die 6. Nouembris* 1671.

Frater Petrus Maria Passerinus Procurator Generalis Ordinis Prædicatorum.

Ad

APPROBATIO.

L*ibrum hunc, cui titulus est*, Caroli Felicis de Matta, Abbatis, ac V. I. Phylos. & Sac. Theol. Doctoris super §. tertio Constitutionis Nicolai Papæ V quæ Concordatorum German[...] nuncupatur, Enchiridion, di[...] *genter legi, & in eo nihil Catho[...] Fidei, bonis moribus, sacrisque ca[...] nibus contrarium animaduerti, [...] imo ipsum opus, breue quidem, [...] copiosa eruditione refertum, & [...] bè elaboratum, dignumque, vt in [...] cem prodeat, inueni. Romæ de[...] Nouembris* 1671.


Frater Petrus Maria Passer[...] Procurator Generalis Ordin[...] Prædicatorum.

A[...]

NICOLAVS EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

D Sacram Dei Sedem diuina dispositione sublimati, singulis, quæ pro vniuersalis Ecclesiæ vnione, ac pace, & tranquillitate, profutura conspicimus Apostolicæ prouidentiæ sollicitudine libenter inten-

dimus, & ad fęlicem illorum prosecutionem, & consummationem, opem,& operam impendimus efficaces. Nuper siquidem charissimus in Christo filius noster Federicus Romanorũ Rex Illustris, & nonnulli alii dilecti filii Ecclesiastici, & sæculares Principes inclitæ Nationis Germanicæ ex vna, & dilectus filius noster Ioannes S. Angeli Diaconus Cardinalis in partibus illis Apostolicæ Sedis de latere

le-

legatus per nos ad dictas
partes missus, sufficienti
desuper auctoritate à no-
bis, et Sede Apostolica suf-
fultus ex alia, partibus,
Romanæ Ecclesiæ, & di-
ctæ Nationis nominibus,
pro ipsius Ecclesiæ vnio-
ne, pace, & tranquillita-
te inter Ecclesiam, & Na-
tionem prędictam perpe-
tuò solidandis, & conser-
uandis, diuersa rationabi-
lia, & vtilia, ordinationes,
& statuta, à partibus ipsis
hinc inde approbata, &
conclusa, acceptata, &

concordata, fecerunt, & ediderunt, Nobisq; humiliter supplicari fecerunt, vt illis pro firmiori eorũ subsistẽtia robur Apostolicæ firmitatis adiicere, necnon authoritatem potiorem, & decretum interponere dignaremur. *Et infra*

Item placuit, quod in Metropolitanis, & Cathedralibus etiam immediatè non subiectis Ecclesiis, & Monasteriis immediatè subiectis Sedi Apostolicæ, fiant ele-

ctiones canonicæ, quę ad dictam Sedem deferãtur, quas etiã ad tempus Cõstitutionis fel. rec. Nicolai Papæ III. quæ incipit, Cupientes, expectabimus, & elapso dicto tẽpore si nõ præsentatę, vel si præsentatæ minus canonicæ fuerint; prouidebimus, & si canonicæ fuerint, eas confirmabimus, nisi rationabili, & euidẽti causa, ac de dictorũ fratrum consilio de digniori, & vtiliori persona duxerimus prouidendum, &c.

1 EManauit hæc Cõstitutio, vt constat ex eius lectura, pro stabilienda vnione inter Ecclesiam Romanã, & Principes tam Ecclesiasticos, quã sæculares Nationis Germanicæ, quãdo scilicet, durantibus adhuc reliquijs Concilij Basileẽsis, minus legitimè celebrati, (in quo sess. 38. de elect. cũ fuisset statutum, vt electiones factæ ab omnibus, vel maiori parte, etiãsi reliqua electionis formam cõcernẽtia fuissent omissa, cõfirmari deberẽt,) ita fore obseruandũ à prædicta natione prætendebatur. Vnde in concordatis conuentum quidẽ fuit, & Papa concessit,

sit, vt fierēt electiones, at nō secūdū statuta in dicto Cōcilio, sed canonicè, hoc est, iuxta formā Sacrorum Canonū, & iuris dispositionē.

2 Pro quo notandū est, ab ineunte Ecclesia obseruatū extitisse, vt quilibet Clerus, cum Populo deligerēt sibi Episcopum. *capit. plebs, cap. litteras, capit. Metropolitano, cum duob. seq. & cap. sacrum*

3 *63. di.* Postmodum cœpit fieri electio per clerum cū consensu populi, *cap. nulla, cum cap. seq. et cap. nullus 62.*

4 *di. et cap. nosce 63. di.* Exinde soli Canonici hoc munus sibi arrogarūt, seclusis omnibus alijs de clero, quod licet videatur improbatum

in *cap. obeuntibus 63. di.* vbi statuitur, electionẽ de Religiosorum virorum consilio fieri debere, obtinuit tamẽ in *cap. 1. de electione*, & ita semper deinceps practicatum est.

5 Huiusmodi autẽ electio sẽper hoc habuit essentiale, vt in personam, quæ non esset de gremio illius Ecclesiæ, ad quã fieri cõtingebat, cadere non posset. *cap. Episcopus, cum cap. seq. 61. di.*
6 itẽ neq; in persona, quæ nõ esset in sacris ordinibus cõstituta, *c. nullus, di. 60. & c.*
7 *osius 61. di.* vel quæ alterius Ecclesiæ vinculo adstricta
8 esset, vel non de legitimo matrimonio, aut infra ætatem

tem 30.annorum. *cap.vlt.de*
postul.capit.cum in cunctis,&
capit. innotuit de elect.
9 Cum autem in Episco-
pis requirantur virtutes, &
qualitates, enunciatæ in
p. ad Timot. capit. 3. *& in*
*epist.ad Tit.capit.*1. euenie-
10 bat aliquando, vt, vel quia
digniores fugiebant à tan-
to munere, vel quia non
credebatur, adesse virum
tanto ponderi æqualem, ac
propterea non posset assu-
mi persona de gremio eius-
dem Ecclesiæ, & ex alio
capite prohibitum esset eli-
gere in Episcopum perso-
nam extra gremium, vel
aliquo impedimento affe-
ctam, primo casu eligendus

postulabatur ab Episcopo Diæcesano, *d. capit. Episcopus*, quam postulationem vocat minus solemnem Abb. *in capit. ad hac, n. 34. de postul. & in capit. quia propter, n. 9. de elect.* Et in secundo casu habebatur recursus ad Sanctam Sedē Apostolicam, postulando ab ipsa certam personam, quæ alias idonea, propter aliquod huiusmodi canonicum impedimentum eligi non poterat. *cap. & si, de postul. capit. innotuit, de electione. & capit. cupientes, eodem tit. in 6.* Quod etiam obseruatum extitit, & obseruatur in Monasterijs virorum, quia licet in Abba-

tem eligi non possit, nisi qui in eadem sit religione professus, postulari tamen non prohibetur. *capit. cum causam, capit. officij tui, & cap. cum Monasterium, de elect. & capit. nullus eodem*

11 *tit. in 6.* qui tamen sic postulatus tenetur infra sex menses religionem illam solemniter profiteri, ex dispositione Sacri Concilij Tridentini *sess. 25. de regul. capit. 21.*

12 Differt postulatio ab electione non solum in hoc, quod illi tantum eligi possint, quibus nullum obstat canonicum impedimentum, & postulari tantum possint illi, qui alias

eligibiles propter aliquod huiusmodi canonicum im-
13 pedimentum eligi non possunt; Verum etiam quia qui eligunt, consentiunt in electum tanquam in sponsum, & ideò per electionē initiatur vinculum spiritualis matrimonij, *cap. cum inter canonicos, de elect. & capit. fin. de translat. prælat.*
14 qui autem postulant, non consentiunt in postulatum vt in sponsum, nec postulatione instiatur aliquod
15 spirituale matrimonium, sed postulantes vota in Superiorem dirigunt, vt ille de gratia postulationem admittere debeat; *Abb. in rubrica eiusdem tit. de postul.*

Innoc. in cap. 1. eod. tit. & notat. in cap. vnic. eod. tit. in 6.

16 Atque insuper, quia completa electione, non possunt eligentes recedere. *capit. in causis, capit. quia propter, & capit. publicato de*
17 *elect.* A postulatione verò, antequam Romano Pontifici præsentetur, postulantes recedere non prohibentur, cum ex ea nullum ius
18 acquiratur postulato, *cap. pid. postulationem, de postul.*
19 Quod adeò verum est, vt neque possit postulatus consentire postulationi de se factæ. *capit. cupientes §. denique, de elect. in 6.* Et pro-
20 batur etiam ratione, [illegible]

nim

nim cum in postulatione insit tacita conditio, *quatenus per Papam admittatur*, & de natura conditionis sit nihil ponere in esse, *vulg. l. cedere diem ff. de verbor. signif. cum concord.* sequitur pernecesse, vt ante aduentum conditionis nullum ius acquiratur postulato.

Vt autem plura reperiuntur in iure statuta
21 super forma electionis, ita ferè nihil de postulatione.
22 Et ratio est, quia cum electio innitatur iustitiæ, vt ex iuribus supra citatis, & canonicè facta debeat confirmari, *capit. 2. & capit. illa quotidiana de elect.* per consequens statuendus erat

cer-

certus modus, & forma, ad hoc, vt sciretur, quænam esset de iure confirmanda,
23 vel infirmanda, nè contingeret super re incerta certam dare sententiam. *33. di. habuisse, & capit. graue 11. quæst. 3.*
24 Quod non currit in postulatione, quæ innititur soli gratiæ, *capit. bonæ memoriæ, il pr. de postulat,* ibi. *etiam quando aliquis ab alijs vnanimiter postulatur, ad admittendam postulationem eorum, non tam ex iustitia, quam ex gratia moueatur. capit. litteras 63. di. capit. scriptum, & capit. innotuit, §. habito, de elect. capit. cupientes in fin. eodem tit. in 6.*

Ro-

Rota in Treuerén. S. Maximi, penes Tambur. de iur. Abb. tom. 1. diſput. 6. quaeſt. 6. vbi refertur epiſtola Aeneæ Syluij, poſtea Pij II. qui & Concilio Baſileenſi, & conter-
25 *datis interfuit.* Ac proinde non erat neceſſaria regula tam exacta de ſeo, quod à ſolo Summi Pontificis pendet arbitrio.

26 Porrò licet in his, quæ fiunt ab Vniuerſitatibus, & Collegijs, qui habet maiorem corporis partem, per iuris interpretationem dicatur habere conſenſum omnium, *tex. ad litteram in l. quod maior. vbi omnes Doct. ff. ad Municip. l. aliud §. refertur, vbi Decius, & omnes*

nes pariter scribentes, de reg. iur. capit. 1. de his, quæ fi. à
27 *mai. par. capit.* intantum, quod factum à maiori parte, dicatur factum concorditer, & vnanimiter. *Felin. in cap. non potest, num. 8. de sent. & re iudicat.*

28 Quæ quidem regula adeo vera est, vt etiam in materia iurispatronatus præsentatus à maiori parte, sit in pari gradu cum illo, qui est præsentatus ab omnibus patronis, & sit locus gratificationi, *Rocch. de iurepatr. in verb. ipse vel is, à quo, sub num. 7. vbi citat Felin. & Host.*

In materia tamen electionis, & si requisitum sem-

ſemper fuerit, vt communiter, & à maiori parte fieret, tripliciter tamen iuxta diuerſitatem temporum electio poteſt, ſeu potuit appellari canonica.

30 Primò ſcilicet lato ſumpto vocabulo, quando ante ſtatutas à iure ſolemnitates, Clerus, & Populus ſimul, vel Clerus de conſenſu populi eligebat, vt in *capit. plebs*, *capit. litteras*, *capit. Sacrum*, *et capit. noſ.e 63. diſt. et alibi*. Tunc enim non videbatur amplius ad canonicam electionem requiri, quam nudus conſenſus ſingulorum, ſeu maioris partis, de clero, & populo.

Se-

31 Secundò, strictè loquendo, illa dicebatur electio canonica, quæ à Canonicis capitulariter quidem congregatis, omnium votis, vel maioris partis, & ab vno totius nomine Capituli celebrabatur; sed absquè alia solemnitate, *vt in capit. cum terra, & capit. auditis de elect.*

32 Tertiò demum strictius, & in rigore, illa tantum dici potest electio canonica, quæ fit secundum dispositionem Concilij, *relati in capit. quia propter, de elect.* in quo vltra aliàs in iura statuta, additum fuit pro forma, vt in capitulo, legitimè congregato, eligan-

gantur tres ſcrutatores de gremio eiuſdem capituli, qui vota ſingulorum ſecrètè exquirant, & in ſcriptis redigant, illumquè ſtatim publicent electum, in quo maior, & ſanior pars capituli conſenſerit, altero ipſorum ſcrutatorum nomine totius Capituli eligente, quæ quidem electio vniuerſalis, ſeu comunis; facta per vnum totius capituli nomine præcipitur etiam *in capit. cumana, & capit. in geneſi, eod. tit.*

33 Vnde patet, electionem fuiſſe pro diuerſitate temporum diuerſimodè celebratam; ſiquidem priſcis il-

illis temporibus sufficiebat nudus consensus naturalis totius, vel maioris partis cleri & populi; vel cleri tantum, quomodolibet congregati, postmodum iuxta dispositionem *l. quod maior ff. ad municip. & cap. 1. de his quę fiunt a mai. par. cap.* nulla alia requisita solemnitate: & demum iuxta formam statutam *in d. capit. quia propter*, scilicet per scrutinium, &
34 quæ hodie tantum appellari potest canonica.

Hæc tamen sic vt supra, & alia quæcumque, tam de electione, quam de postulatione, & iuxta antiquas consuetudines, & in iure

iure statutà, per regulam secundam Cancellariæ Apostolicæ, reseruatoriam Ecclesiarum, & beneficiorum electiuorum, cuius, si-
35 cut & aliarum regularum authorem Gomesius, *in prohem. earundem regularũ*, refert Ioannem XXII.
36 mortificata, & viribus vacuata fuerunt, ita & taliter, vt huiusmodi materia, dempta Germania, in totum recesserit ab aula, *vt inquit Quintill. Mandos. in regul. 2. de reseruat. post vers. Positis varietatibus, num* 3. quia vacantibus Ecclesijs Papamet prouidet de personis sibi beneuisis, juxta prædictam regulam,

re-

reſeruatoriam, niſi prouiſiones Regijs præſentationibus, vel nominationibus, aut ſupplicationibus debeantur. Ac proinde ex totis titulis de electione,
37 & poſtulatione, parum aut nihil lucrantur Aduo-
38 cati, cum extra Romanam Curiam, vbi etiam rarò huiuſmodi cauſę non pertractentur.

Plures nihilominus de canonica electione ſcripſerunt, *quos recenſet Barboſ. in rubr. ſuper tit. de e-*
39 *lect.* & nouiſſimè Reuerendiſſimus Pr. Petrus Maria Paſſerinus, totius Ordinis Prędicatorum Procurator, & olim Vicarius Generalis,

lis, qui rem adeò luculenter, & plenè tractat, vt vix quicquam addi posse videatur.

40 In Germania verò in vim supraextensæ constitutionis, seu Concordatorum, vacantibus Ecclesijs, & Monasterijs virorum exemptis & S. Sedi Apostolicę immediatè subiectis, Papa non prouidet iuxta reseruationem dictæ regulæ secundæ; quia per eadem Cõcordata de medio sublata fuit; sed fiunt electiones à Capitulis, tam sæcularibus, quàm Regularibus, quę ad S. Sedem prædictam transmittuntur pro confirmatione; prout ser-

seruata ad vnguem forma eiusdem Constitutionis, præuia diligenti discussione in sacra Congregatione rerum Consistorialium, confirmantur, vel cassantur, prout de illarum validitate, vel inualiditate constat.

42 Notandum verò, per supradictam Cōstitutionem, quantum attinet ad præsentem materiam, non fuisse concessum Capitulis Secularibus, vel Regularibus nationis Germanicæ, nouum aliquod ius, quod ipsis, antequam emanarent Regulę Cancellariæ,
43 & Reseruationes Apostolicæ non competeret, sed

ſed ſublatam de medio tā-
tum fuiſſe prædictam re-
gulam reſeruatoriam, vt
liquet ex lectura earun-
dem regulæ, & Conſtitu-
tionis; ſiquidem in regula
dicitur, *Reſeruauit genera-
liter omnes Eccleſias Prima-
tiales, Archiepiſcopales, E-
piſcopales, nec nō omnia Mo-
naſteria virorum &c.* in
Conſtitutione verò, *Pla-
cuit quod in Metropolitanis,
& Cathedralibus Eccleſiis,
& Monaſteriis immediatè
ſubiectis Sedi Apoſtolicę fiant
electiones canonicæ &c.* Vn-
de ſublata de medio præ-
44 dicta regula reſeruatoria,
omnia ad antiquam iuris
diſpoſitionem redacta fue-
runt,

runt, &Capitula tam sæcularia, quam regularia, restituta ad primæuum ius eligendi, *iuxta dispositionem capit. 1. de elect. cum concord.*

45 Adde, si Papa voluisset aliquod nouum ius tribuere prædictis Capitulis, id expressisset *capit. ad audiẽtiam de decim.* ac propterea cum non expresserit, non est à nobis præsumendum *capit. illa, ne sed. vacan.*

Verum autem ius eligendi, quod habent prædicta Capitula, ipsis competat, episcopali, seu Abbatiali sede plena? videtur dicendum negatiuè,

46 ſed oriri tantummodo ſe-
de vacante. Nam indubi-
47 tati Iuris eſt, facultatem
eligendi, habere in ſe con-
ditionem, tacitam quidem
ex natura rei, & expreſſam
in d. capit. quia propter, hoc
48 eſt, adueniente vacatione,
ibi, *cum electio fuerit cele-*
49 *branda*, dictio enim *cum* a-
diecta verbo futuri tempo-
ris importat conditionem,
l. ſi titio ff. quan. di. leg. ced. l. 1. & l. hæres meus §. hæres meus ff. de condit. & demon.
50 In huiuſmodi autem diſ-
poſitionibus conditionatis
non oritur actio niſi poſt
aduentum conditionis. *l. interdum 73. ff. de verbor. obligat.* ibi, *interdum pura*
ſtipu-

stipulatio in re ipsa dilationem capit, veluti si id, quod in utero est, aut fructus futuros, aut domum ædificari stipulatus sit, tunc enim incipit actio, cum ea per rerum naturam præstari potest. Concordat textus, *in l. inter stipulantem §. sacram ff. de verbor. oblig.* ibi, *si stipulatus fuero ex fundo centum amphoras vini, expectare debeo, donec nascatur, & si natum, sine culpa promissoris consumptum sit, rursus expectare debeo, donec iterum nascatur, & per has vices aut valituram, aut cassaturam stipulationem.* quarũ quidem Legũ dispositio menti tenenda est per

ea, quæ dicemus inferius. *item l. 1. §. inest ff. de condit. & demon. & l. item quia*
51 *§. huius rei ff. de pact.* vbi ex ſtipulatione dotis non oritur actio ante ſecutum matrimonium; quia in tali ſtipulatione ineſt conditio, *ſi*, ſeu *cum* ſequetur matrimonium.

Nec refert, quod leges adductæ loquantur in diſ-
52 poſitione hominis, quia idem etiam currit in diſpoſitione legis, textus ad litteram *in l. auferiur, ff. de*
53 *ijs, qui, vt indign.* vbi equaliter punitur, qui delinquit contra diſpoſitionem hominis, ſicuti qui delinquit contra diſpoſitionem legis.

54 Concordant regulæ ge-
nerales quod, conditio
nihil ponit in eſſe, *vulg.*
l. cedere diem ff. de verbor.
55 *ſignif.* & quod nullius en-
tis nullæ ſunt qualitates,
notant DD. in capit. ad diſ-
ſoluendum, de deſponſ. im-
pub.

Quænam verò dicatur
electio canonica, de qua
56 in Concordatis? Reſpon-
deo, illam tantum, quæ fit
iuxta ſacrorum Canonum
& iuris diſpoſitionem, *&*
d. capit. quia propter, quæ
propriè, & in rigore dici-
tur electio canonica, vt vi-
dimus ſupra *nu. 32.*
57 Ad quam requiritur pro
forma, vt ſecuta vacatione

Ecclesiæ, vel Monasterij, citentur omnes interesse habentes, *capit. quod sicut*, *capit. bonæ memoriæ, il 2. & d. capit. quia propter, de elect.* pro die, & loco, certis, & determinatis, quæ tamen citatio videtur restringi ad eos, qui sunt in prouincia, *capit. coram dilecto, de elect.* & cantata Missa de Spiritu Sancto, *capit. cum terra, & cap. inter vniuersos eod. tit.* omnes ingrediantur Capitulum, nec amplius egrediantur, aliàs exeuntes dicerentur renunciare electioni, quæ deuolueretur ad alios in Capitulo permanentes, *cap. cum nobis eod. tit.* eligantur

tres ſcrutatores de gremio eiuſdem Capituli, qui ſingulorum vota ſecretè excipiant, & ea in ſcriptis redigant, deinde publicent in comuni, facta collatione numeri votorum, ſeu ſchedularum, cum numero eligentium, & numeri ad numerum quo ad electos, *d. capit. quia propter, & cap. in geneſi eod. tit.* Et tunc ille habeatur, & ſit canonicè electus, in quem maior, & ſanior pars Capituli conſenſerit; cuius electio ſtatim eſt celebranda per vnum ex ſcrutatoribus, ſui, & totius Capituli nomine. *d. capit. quia propter, & d. capit. in geneſi*, deinde

populo publicetur.

58 Legitimè absens potest committere electionem alicui de Capitulo, *d. capit. quia propter*, §. *illud autem*, qui, sic constitutus procu-
59 rator, non potest eligere vnum suo, & alium procuratorio nomine, nisi in mandatis sit determinata persona eligenda *capit. si quis iusto* §.*porro*, *de elect. in 6.*

Quæ omnia ex sequenti forma instrumenti electionis per scrutinium clarius patebunt.

60 In nomine Domini Amen. Cunctis pateat &c. quod Anno die Mensis Vita functo N. Epis-

Episcopo huius Ecclesiæ N. (*seu Abbate huius Monasterij N.*) & subsequenti die sepulturæ tradito, per N. Decanum, indicta fuit pro electione noui Episcopi (*seu Abbatis*) dies præsens in Cathedrali (*seu alio loco solito, vel deputato*) & citati omnes Capitulares, qua die persolutis exequijs, post Missam solemnem de Spiritu Sancto, & Sacram Synaxim ab omnibus Capitularibus perceptam, dicti omnes Capitulares, videlicet N. Decanus NNNNN. Capitulariter, & totum Capitulum repræsentantes, coram me Notario, & testi-

bus infrascriptis, præfatum Capitularem locum ingressi sunt. Post hæc N. Secretarius Capituli omnium electorum nomina, & cognomina, e schedula, quam manu gerebat, alta, clara, & intelligibili voce recensuit. Quo peracto Decanus (*seu Prior etc.*) mihi Notario, & Testibus præcepit, vt ad valuas Ecclesiæ accedens, in nouæ, & reiteratæ, ac peremptoriæ citationis signum refigerem citationem edictalem, ac denuò reproducerem, & publicè legerem. His ita completis, idem Decanus, contumaciam non comparentium accu-

ſando, electionis indictio-
nem rite factam eſſe pro-
nunciauit; grauiter obte-
ſtans omnes, vt ſi qui eſ-
ſent excommunicati, in-
terdicti, vel quomodolibet
priuati, aut ſuſpenſi à vo-
ce actiua, recedentes, li-
berè alios permittant eli-
gere. Mox cunctos in Ca-
pitulo congregatos per-
cunctatus fuit, an omnes
pro veris Capitularibus ius
electionis habentibus a-
gnoſcerentur? quibus an-
nuentibus, Hymno Veni
Creator Spiritus inchoato
Decanus, & ſubſequenter
omnes Capitulares manu
ad librum Euangeliorum
ad mota, ſacramentum e-

mi-

miserunt, de meliore, & vtiliore eligendo; Deinde per eundem Decanum, propositis tribus eligendi modis, videlicet, Inspirationis, Compromissi, & Scrutinij, & per Capitulare decretum electo Scrutinio, assumpti fuerunt tres Scrutatores de Collegio; scilicet N.N. & N. qui præstitô iuramẽto de fideliter exercendo, ad exhedram consederunt: Tum calice cum patena ad dictam exhedrã coram dictis Scrutatoribus delato, perspectoquê, & vacuò reperto, surrexit primus Scrutator, votumquè suum in schedula scriptum, ipsamque schedulam com-

complicatam in calicem, immisit; cumquè dictus primus Scrutator rediisset ad locum suum, secundus Scrutator votum suum in schedula pariter complicata in calicem detulit; quod, & à tertio Scrutatore similiter actum est; Tum demum singuli Electores schedulam voto suo notatam, & complicatam, in calicem detulerunt, donec exhausto electorum numero schedulas omnes, è calice extractas, super patena Scrutatores computarunt, cumquè ipsas electorum numerum coæquare comperissent; (*quod si vota danda sint oretenus, postquam*

quam dictum est, ad exhedram consederunt, *iungendum est*, Tum primus Scrutator surgens, votum suum tulit secundo, & tertio Scrutatoribus oretenus, & secretò excipientibus, qui in scriptis illud redigerunt, cumquè redijsset ad locum suum, secundus Scrutator votum suum oretenus vt supra tulit primo, & tertio Scrutatoribus, qui pariter illud adnotarunt; quod & à tertio Scrutatore cum primo & secundo Scrutatoribus seruatum fuit. Tum demum exceptis à prædictis tribus Scrutatoribus omnium, & singulorum Capitularium vo-

votis oretenus ac secretò & in scriptis redactis, cumque ipsa vota eligentium numerum æquare compe-rissent) primus Scrutator, placet ne vobis, inquit, confratres carissimi, vt vota in comuni publicentur, vt inde appareat, quis maiorem suffragiorum numerum tulerit, ipsisquè placere respondentibus, vota in comuni protulit, claraquè, & intelligibili voce, N. *tot* vota fuisse sortitum, N. *tot*, & N. *tot*, quæ vota insimul, & coniunctim perficiunt numerum ..... Horumquè votorum numerum Ego Notarius, & Testes infrascripti cum

sche-

schedulis (*seu Electorum numerò)* oculis nostris conuenire perspeximus; Tum eorundem votorum numeri ad numerum collatione facta, N. omnes alios præcellere, in eũquè, facta cõparatione meriti, ad meritũm, & zeli ad zelũ, maiorem, & saniorem partem Capituli inuentum est consensisse. Statimquè N. Primus Scrutator, nomine ipsius Capituli, ad hoc deputatus, ita pronunciauit. Ego N. meo, omniũmque mihi consentientium nomine, in Episcopum (*seu Abbatem*) N. in quem maior & sanior pars Capituli consensit, eligo; & nomine

ne Capituli, ad laudem, & gloriam Sanctissimæ Trinitatis prædictum N. declaro, & pronuncio verum, & legitimum huius Ecclesiæ Episcopum (*seu Monasterij Abbatem*) iubeoquè, vt electio solemniter publicetur; In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Quo dicto fuerunt combustæ omnes schedulæ. Postmodum dicti Capituli præcepto N. ad hoc deputatus, prædicto N. electo factam de se huiusmodi electionem præsentauit, ipsiusque consensum requisiuit, & ipse N. electus dignitatis ea, qua decuit modestia, onus suscepit.

Quam electionem de Capituli mādato Ego Notarius cum testibus infrascriptis populo publicaui. Quibus peractis dictus N. electus ductus fuit in Ecclesiam ad altare maius, cui in Sede ibi parata collocato, congratulātibus omnibus Capitularibus, debitam reuerentiam cum osculo pacis exhibentibus, Hymnus *Te Deum* decantatus fuit, & electioni finis impositus. Actum, &c.

61 Si verò electio fiat per viam compromissi, *post periodum*, propositis tribus eligendi modis, vidēlicet Inspirationis, Compromissi & Scrutinij, *iungendum est*, pla-

placuit vniuersis, & singulis per viam compromissi viduatæ Ecclesiæ prouidere, dederuntquè plenam, & liberam potestatem N. *seu NNN.* viris fidelissimis, vt idem, *seu* ijdem, vel maior pars ipsorum, vice sua, *seu eorũ* & totius Capituli, per electionem canonicam concordem, Ecclesiæ vacanti, prout conueniret inter se, Deum, bonumque statum ipsius Ecclesiæ præ oculis habentes, de persona idonea prouiderent, omnem potestatem, & vicem singulorum Capitularium, ac totius Capituli, super hoc eis committentes, ita quod vnus ipso-

ſorum de conſenſu alio-rum compromiſſariorum, vel maioris partis eorum, vice ſua, & collegarum, ac totius Capituli, illum, in quem omnes ipſi, vel maior pars eorum conue-nirent, eligerent, & ele-ctionem ſolemnem, ac ſo-lemniter in præſentia to-tius Capituli publicarent; Qui Compromiſſarij ſece-dentes in partem, & Spi-ritu Sancto deuote inuo-cato, matura deliberatio-ne, atque examinatione inter ſe habita diligenti, tandem in N. conuene-runt, quem N. vnus ex compromiſſarijs ſecundum formam in compromiſſo ap-

appoſitam eligit in Epiſcopum, (*ſeu Abbatem*) & publicauit dicendo. Ego N. Compromiſſarius concorditer electus, iuxta facultatem in compromiſſo traditam, meo, atque omnium mihi cõſentientium, ac totius Capituli nomine eligo in Epiſcopum, &c. *vt ſupra in forma electionis per ſerutinum.*

Quod ſi in compromiſſo additum ſit, vt compromiſſarij eligant illum, in quẽ maior pars Capituli conſenſerit, *poſt periodum*, Spiritu Sancto deuotè inuocato, *iungendum eſt*, requiſierunt ſuper hoc ſingulorum Canonicorum, *ſeu*

Ca-

Capitularium, consilia, quibus auditis, & matura deliberatione, &c. *vt supra.*

62 Si demum electio facta fuerit per inspirationem, *post periodum*, Sacramentum emiserunt de meliore, & vtiliore eligendo, *iungendum est*, omnesque, & singuli quasi Spiritu Sancto ducti, repentè, nullo præcedente tractatu, in N. vnanimiter consenserunt, & confestim vna voce simul in Episcopum elegerunt, quam electionem diuino spiramine celebratam Ego Notarius cum testibus infrascriptis de mandato Capituli populo publicaui, &c. *vt supra.*

Quan-

Quando verò post aliquẽ tractatum quasi omnes vnanimiter in aliquem consentiunt, quæ dicitur electio per quasi inspirationem, tunc solet deueniri ad compromissũ, vt notat *Specu. in tit. de ele. de via inspirationis. nu. 6.*

63 Circa requisita eligentium, & eligendorum videatur supracitatus Pater Passerinus, qui omnia adamussim, & diligentissimè trutinat. Quantum verò attinet ad præsens institutum, notandum est

64 Electionis tractatum fieri non debere, antequam corpus defuncti sepulturæ sit traditum, *cap.*

bonæ memoriæ, il 2. de elect. Imò celebrandam non esse electionem ante tertium diem ab illius depositione, *c. nullus 79. di.*

65 Pro validitate voti sufficere possessionem, *cap. quærelam, de elect.*

66 Excommunicatos, suspensòs, & interdictos, non denunciatos, non excludi ab electione. *extrau. ad euitanda scandala Martini V. quæ communiter circumfertur, sed in rerum natura non reperitur.*

68 Non admitti friuolam appellationem ante electionem, *colligitur ex cap. vt circa, de elect.*

Post

bene memoriæ, il 2. de elect.
Imò celebrandam non esse electionem ante tertium diem ab illius depositione, *c. nullus 79. di.*

Pro validitate voti sufficere possessionem, *cap. querelam, de elect.*

Excommunicatos, suspensos, & interdictos, non denunciatos, non excludi ab electione. *ex... ran. ad euitanda scanda... Martini V. quæ communiter circumfertur, sed in ...rum natura non reperi...r.*

Non admitti friuolam ...pellationem ante ele...onem, *colligitur ex cap. circa, de elect.*

Post

69 Post completam electionem non admitti consensum eius, qui fuit absens, vel qui in capitulo non consensit, *cap. auditis, de elect.*

70 Electionem fieri debere intra trimestre à die vacationis Ecclesiæ, vel Monasterij, aliàs deuoluitur ad Papam. *capit. ne pro defectu, de elect.*

71 Electum post habitam
de sui electione notitiam,
quæ intra octo dies ab e-
lectoribus ipsi præsentan-
72 da est, teneri infra men-
sem petere confirmatio-
nem à S. Sede Apostoli-
ca. *capit. cupientes, de e-
lect. in 6.*

73 Electa vna via, vel electionis, vel poſtulationis, non ſecuto effectu, poſſe electores redire ad aliam, *capit.* 1. *in fine*, *& cap.* 2.
74 *de poſtul.* Imo poſtulationem cum electione concurrere poſſe, *cap. ſcriptum*, *de elect.* Quod currit etiam in eodem ſubie-
75 cto, qui ſi non fuerit legitimè electus, poteſt ex integro poſtulari, *cap. innotuit. eod. tit.*

Cum verò docuerimus ſupra *num.*44. ſublata de medio per noſtram Conſtitutionem regula ſecunda Cancellariæ Apoſtolicæ, reuiuixiſſe antiqua iura de prouiſione Ecclc-

clesiarum disponentia, per consequens dicen-
76 dum est omnia Capitula Germaniæ, tam sæcularia, quam regularia, quæ valent eligere, posse etiam postulare, *capit. in causis, inn. gloss. in verb. postulatio, & d. cap. scriptum de elect.*

77 Etenim, minus est, postulare, quam eligere, & propterea qui potest plus potest etiam quod minus est, *c. per venerabilem, qui fil. sint leg. l. suis in fin. ff. de lib. & posth. cum simil.*

79 Potest autem postulatio fieri per scrutinium, & per compromissum, iuxta modum, quem tradit

Specul. in tit. de postul.

80 Per Inspirationem autem crederem, fieri non posse, quia postulatio cõtinet in se conditionem, cum pendeat a solo arbitrio Summi Pontificis, qui eam admittere, & reijcere potest, vt videbimus

81 infra *num.* 105. Et Sancti Spiritus inspiratio non potest esse conditionata, & pendere ab alterius arbitrio, *iuxta illud Ioann.* 3. *Spiritus vbi vult spirat*, *& 2. ad Timoth. capit.* 2. *Verbum* Dei *non est alliga-*

83 *tum.* Vt liquet exemplo Nicolai, Seueri, & Ambrosij, qui eligi non poterant, sed postulari, &

ta-

tamen diuina inspiratione non fuerunt postulati, sed simpliciter electi, *gloss. ult. in §. his omnibus 61. dis.*

Difficultas est, Vtrum postulatio, sicut fieri potest, ita sit necessariò facienda per scrutinium, iuxta formam statutam *in pracit. cap. quia propter.*

83 Et licet affirmatiue tentum fuerit per *Innocen. in cap. in causis de elec. in priv. & per Abb. in cap. ad hac num. 34. de postul. & in eod. capit. quia propter num. 9.* Hi tamen celeberimi doctores, & lucernæ Iuris Canonici; rē clarè non dilucidant.

84 Quapropter notandum est, *in d. cap. quia propter*, & confirmari antiqua iura disponentia, vt in electione citentur omnes interesse habentes prout statutum fuerat *in cap. Ecclesia vestra*, & fieret à maiori, & saniori parte, vt in *capit. auditis, de elect.*
85 Et hoc speciale, ac de nouo additum, vt eligantur tres Scrutatores de gremio Capituli, qui vota eligentium secretè excipiant, & in scriptis redigant, statimque electum publicent.
86 Quod igitur attinet ad primam partem, indubitati iuris est, etiam in postula-

ſtulatione citandos eſſe omnes intereſſe haben-tes, & maiorem partem requiri, *cap. bonæ memoriæ, il 1. §. vltim. et cap. poſtulationem, de poſtul.*

87 Quod verò attinet ad ſecundam partem de forma noniter inducta, eligendi tres Scrutatores, per quos vota ſecretè excipiantur, & in ſcriptis redigantur, videtur de neceſsè non requiri, quia cum *in eod. cap. quia propter*, fiat mentio ſolum de electione, per conſequens ibidem nouiter ſtatuta non ſunt trahenda ad poſtulationem. Si enim Concilium voluiſſet, vt

seruaretur talis forma etiam in postulatione, id expræssisset. *tex. ad litteram in cap. 2. de translat.* ibi, *si circa translationem id fieri voluisset, quod de cessione dixerat, et de translatione poterat expressisse, & quod non est Sanctorum Patrum decreto sancitum non est superstitiosis inuentionibus præsumendum, cap. ad audientiam, de decim. l. vn. §. fin. autem ad deficientis C. de caduc. toll. l. si seruus §. Prætor ait, vers. non dixit ff. de acquir. hæred.*

88 Sicuti obseruatum fuit *in capit. 1. de elect. in 6.* vbi Concilium expreſsè

de-

declarauit, vt terminus
vnius mensis datus ad op-
ponendum cōtra electio-
nem, curreret etiam in
postulatione, ibi, *siquis*
electionem postulationem,
vel prouisionem impugnat.
& item *in cap.seq.* vbi vo-
lens idem Concilium, vt
89 prohibitio dandi vota
conditionalia, & alter-
natiua, in electionibus,
haberet locum etiam in
postulationibus, id expli-
cauit, dicendo, *in electio-*
nibus, postulationibus, &
scrutinijs. Et clarius *in c.*
Cupientes de elect.in 6. vbi
90 Papa intendens, vt statu-
ta de eligentibus, & ele-
ctis circa præsentationes

electionum apud Sedem Apoſtolicam, ſeruari deberent etiam à poſtulantibus, & poſtulatis, licet in prohemio locutus fuiſſet generaliter, dicendo, *cupientes Eccleſiarum vacationibus periculoſis occurrere*, nihilominus id ſpecialiter declarauit *in §. deniquè*.

91 Nec refragatur, quod in pluribus locis Decreti legamus nomen electionis promiſcuè pro poſtulatione, vt *in §. His omnibus. 61. di. & cap. litteras, 63. di.* quia quod dicitur *in d. §. His omnibus*, non facit ad rem noſtram,
92 cum Nicolaus laicus, Se-

uerus

uetus ex lancificio, Ambrosius cathecumenus, & huiusmodi, non fuerint postulati, sed vere electi, quod diuina inspiratione factum, *inquit ibidem gloss. vlt.* In alijs verò locis nomen electionis genericè sumitur.

93 Nequè enim est ambigendum, nomen prædictum electionis, & genericè, & specificè sumi posse. Primo modo sumptum, quatenus importat
94 promotionem ad dignitatem Ecclesiasticam, compræhendit etiam postulationem, quia per eam promouetur quis ad Ecclesiasticam dignitatem;

sicuti

ſicuti compræhendit prouiſionem canonicatuum, *capit. cum Eccleſia Vulterrana, de elect.*
95 Secundo autem modo non poteſt compræhendere poſtulationem, quia electio, & poſtulatio differunt inter ſe per differentiam eſſentialem, quod videlicet electio cadat in perſona, cui nullum obſtet canonicum impedimentum, & canonicè facta veniat de iure confirmanda, poſtulatio verò cadere non poſſit niſi ſuper perſona, quæ propter aliquod canonicum impedimentum eligi non poſſit, & etiam legitimè celebrata, de

ſola gratia veniat admittenda, vt viſum eſt ſupra *num. 12. & ſeqq.*

96 In caſu autem noſtro, hoc eſt, *in dict. cap. quia propter*, nomen electionis non ſtat genericè, ſed ſpecificè; quia ſi Concilium voluiſſet genericè loqui, non fuiſſet vſum verbo electionis, ſed alio generaliori, v. g. prouiſionis, vel alio ſimili, *textus ad litteram in d. capit. ad audientiam de decim. §. mandamus*, ibi, *ſi intelligeremus tantummodo de noualibus, vbi poſuimus de laboribus, de noualibus poneremus.*

Confirmatur ex prohe-

mio eiusdem canonis, ibi, *quia propter diuersas electionum formas, quas quidam inuenire conantur, & multa impedimenta proueniunt, & magna pericula imminent Ecclesiis viduatis*. Ex quo constat, mentem Concilij fuisse, tantummodo obuiare maliciosis, & fraudulentis electionum formis; propter multa pericula, & damna, quæ exinde proueniebant Ecclesijs viduatis;
97
98 Non verò modificare postulationem, quia non erat noua forma, ex qua proueniret aliquod damnum Ecclesijs, sed erat forma antiqua, à iure ap-

pro-

probata, per quam legitimè semper fuit prouisum Ecclesijs, vt liquet *ex tot. tit. de postul.*

99 Prohemium enim denotat causam finalem, & mentem disponentis: *l. item quia §. fin. & ibi omnes scribentes ff. de pact. l. fin. ff. de hæred. instit.*

100 Vnde inoleuit adagium, quod sicut corpus ab anima, ita dispositio à prohemiali ratione regulatur. *Ias. in l. quinquaginta ff. ad Trebell.*

101 Nec deest etiam ratio
ob quam magis consulendum erat electoni,
102 quam postulationi. Etenim ab electione canonicè

cè celebrata non possunt
eligentes recedere. *eod.*
cap. quia propter, & cap.
publicato, eod. tit. Et ele-
103 cto, nisi canonicum ob-
stet impedimentum, de-
betur confirmatio *cap. 3.*
& cap. illa quotidiana eod.
104 *tit;* Imo quando electio
non sit legitimè celebra-
rta, est positiuè cassanda,
capit. consideravimus, &
cap. qualiter, de elect.
105 Quod non accidit in
postulatione, à qua, etiam
legitimè celebrata, ante-
quam pręsentetur S. Sedi
Apostolicę, postulantes
recedere possunt. *cap. bo-*
na memoria, il 2. eod. tit.
106 nec venit de iure admit-
ten-

tenda, sed ex mera gratia Summi Pontificis, qui eam admittere, & reijcere potest. *gloss. in cap. consuluit, verbo, gratia, de offic. deleg. l. non quidquid ff. de iudic.* Ac proinde
107 vbi maius periculum suberat, ibi plenius erat consulendum. *cap. vbi periculum, de elect. in 6. l. 1. §. sed siquis ff. de carbon. edic. l. manifestissimi C. de furt.*

108 Firmato igitur hoc pũcto, quod postulatio, licet possit fieri, non sit tamen necessariò per scrutinium facienda, sed sufficiat, vt capitulariter celebretur, Instrumentum postulatio-

nis

nis ita poterit extendi.
109 Post omnia supra posita de instrumento electionis per scrutinium, *n.60.* cum deuentum fuerit ad iuramentum de meliore, & vtiliore eligendo, *iungatur.* Et quia post diuersos tractatus inter ipsos Capitulares habitos, & nominationes diuersarum personarum simplices, ac discussiones, & inquisitiones multiplices, tandem placuit omnibus, & singulis per viam postulalationis procedere, & viduitati Ecclesiæ prouidere, & proposito per Decanum N. Episcopo Ecclesiæ N. (*vel N. cuius*

perſonæ conditio dicitur aliquantiſper ex natalibus læta, vel adhuc in ætate perfecta non conſtituta) adducēdo eiuſdem litterarum ſcientiam, morum grauitatem, conuerſationis exemplum, meritorum prærogatiuam, & quantum viduatæ Eccleſiæ foret vtilis, mandauit per me Notarium, & teſtes infraſcriptos, perquirere ſingulorum Capitularium conſenſum, quibus per me ſic vt ſupra perquiſitis, facta collatione numeri ſuffragiorum ad numerum Capitularium, & numeri ad numerum, inuentum eſt, in

po-

ſona factam in Epiſcopum huius Eccleſiæ. Qua per me ipſi annunciata, reſpondit, ſe non conſentire, nec diſſentire, ſed voluntati Domini Papæ ſe in totum ſupponere, &c.

Et quia Ego Notarius cum teſtibus, &c. huiuſmodi actum denunciationis, vt præmittitur, feci, hinc eundem fideliter adnotaui, & præſens publicum inſtrumentum confeci, &c.

10 Differt poſtulatio ab electione, vltra ſuprapoſitã, etiam in hoc, quod electio publicanda eſt populo, *notat Specul. in tit*

de

de elect. in forma electionis per scrutinium. n. 34.
111 & obseruatur in praxi. Non sic autem postulatio. *idem Specul. in tit. de postulatio. numer. 2. per tex. in capit. in causis, de*
112 *elect.* Item quia electus electioni de se factæ consentire debet, *cap. quam sit, & capit. cupientes, de*
113 *elect. in 6.* Non autem postulatus, qui postulationi de se factæ consentire non tenetur, sed sufficit, quod non dissentiat. *dict. capit. cupientes, iunc. gloss. in verbo. consensum.*
114 Est autem indubitati iuris, eligibilem postulari non

non posse, cum postula-
latio definiatur, seu des-
cribatur, eius, qui eligi
non potest, in Prælatum
facta petitio, & expresse
prohibeatur *in cap. vlt. de
postul. & in cap. vnic. eod.*
115 *tit. in 6.* Adde postulatio-
nem de sui conceptu im-
portare veluti remedium
subsidiarium in defectum
personarum habilium e-
ligi, aut ob necessitatem,
vel vtilitatem Ecclesiæ.
*facit l. quadam, in prin.
ff. de eden. & l. in causa 17.*
116 *ff. de minor.* vbi quando
adest remedium ordina-
rium, non est recurren-
dum ad subsidiarium.

Quod si dubitaretur,

an quiſpiam eſſet eligibi-
117 lis, puta, an de legiti-
mo matrimonio natus,
vel in ętate legitima con-
ſtitutus, &c. poſſet ſimul
eligi, & poſtulari, iuxta
formam traditam *in dict. capit. vn. de postul. in 6.*
& tam in eodem actu, di-
cendo, eligo, & poſtulo,
pro vt melius de iure
poſſum, quam per diuer-
ſos actus electionis; &
poſtulationis; Quod in-
118 telligendum eſt de actu
ſcrutinij, non verò de
ſimplici actu poſtulatio-
nis, quia tunc non poſ-
ſet eligi, ſed tantum po-
ſtulari, cum electio de
ſui forma requirat ſcru-

timium, *ex dispositione supra citat. capit. quia propter.*

119 Ipse verò sic, vt supra, electus & postulatus, declarare tenetur, an velit vti electione, vel postulatione, & vna via electa, non poterit ad aliam redire: *d. capit. vn. de postul. in 6.*

Si facta electione de persona, quæ credebatur eligibilis, reperiatur ineligibilis, hoc est, alterius

120 Ecclesiæ Episcopus, vel illegitimus, aut minor 30 annis, vtrum stante bona fide talis electio sustineri possit, dicendum est negatiuè; quia per electio-

nem initiatur matrimonium ſpirituale cum Ec-
121 cleſia, vt viſum eſt ſupra *nu. 13. & ſeq.* Vinculum autem alterius Eccleſiæ, illegitimitas, & minoritas 30 annis ſunt impedimenta dirimentia matrimonium ſpirituale, ex diſpoſitione Concilij Lateran. ſub Alex. III. *relati in capit. cum in cunctis,*
122 *de elect.* Sicuti autem bona fides nihil operatur contra impedimenta dirimentia matrimonium carnale, ita, & multò minus operabitur cõtra impedimẽta dirimentia matrimonium ſpirituale. *colligitur ex c. innouit, de elec.*

Sed

123 Sed neque valere poterit vti postulatio, *d. c. innotuit* §. *habito*. intrat enim
124 regula generalis, quod nullum est à principio, nullum potest producere effectum. *cap. illud, de increpat. l. 3. §. condemnatum ff. de. re iud. l. fin. C. de sent. ex breuil. recit.*

Adde, de natura postulationis esse, vt vota dirigantur in superiorem, qui de gratia admittat postulatum, vt vidimus supra *n.* 15. quod non fit per talem electionem.

125 Idem tamen sic nulliter electus poterit legitimè postulari. *d. capit. innotuit. de elect. in fine*, ibi,

quod si Vigorien. Capitulum eundem Magistrum propter prærogatiuam meritorum ipsius, duxerit postulandum; postulationem apud Sedem Apostolicam præsentare procuret.

126 Sicuti nil vetat, quin Summus Pontifex eundem sic vt supra nulliter electum deputare possit in Episcopum, vel Abbatem, cum expressione consensus Capituli vel maioris partis, *iuxta doctrinam Abb. in capit. 1. num. 4. & ibi Dec. nu. 10. de elect.*

127 Ex quibus infertur, Capitula in tribus mensibus, qui ad prouidendum

Ecclesijs, & Monasterijs, ipsis conceduntur *in cap. ne pro defectu, de elect.* posse pluries variare personas eligendorum, & formam prouisionis, eligendo, & postulando, donec legitimè elegerint, vel postulauerint: *capit. cum terra, & capit. cum Vuintonen. de elect.*

Vtrum verò Capitula, tam sæcularia, quam regularia in vim supraextensę Constitutionis possint eligere Coadiuto-
128 rem Episcopi, vel Abbatis? Pro responsione præmittendũ est primo, Coadiutores esse in duplici differentia, eorum scilicet,

cet, qui vocantur tempo-
rales, & suffraganei, cum
non instituantur in Ec-
clesijs, in quibus exercent
munus coadiutorum, sed
aliquo titulo insigniũtur,
129 eorumquè officium, &
potestas expirat per mor-
Coadiuti, & hi sunt de
iure permissi *in capit. ex
parte, de cler. agrot. &
cap. vn. eod. tit. in 6.*
130 Et eorum, qui dicun-
tur cum futura successio-
ne, quia sunt intitulati in
Ecclesijs, in quibus sunt
Coadiutores, & secuto
obitu Coadiuti, succedũt
in eisdem Ecclesijs, vel
Monasterijs absque noua
prouisione, suntquè de
in-

iure antiquo prohibiti *in cap. petiſti*, 7. *q.* 1. ibi, *quia contra omnem Eccleſiaſticam regulam, & inſtituta Patrum eſſe monſtrantur, & in capit. non autem, ead. cauſ. & quaſt.*
131 vbi quod Auguſtinus Valerio Epiſcopo Hippo-
132 nenſi non tam ſucceſſit, quam acceſſit, ac propterea tales Coadiutoriæ cũ futura ſucceſſione ſunt à ſtylo, non autem à iure inuentæ. *Caſſad. deciſ.* 2. *n.*2. *de reſtit. ſpol. Mandoſ. in regul.* 2. *de reuocat. q.*5. *n.* 6. *& in tract. de Signat. grat. tit. de Coadiut.*

133 Attamen *in Conc. Trid. ſeſſ.*25. *de refor. cap.* 7. re-

linquitur arbitrio Sum. Pont. attenta necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, dare Coadiutores cum futura successione; In qui-
134 bus tamen concurrere debent omnes qualitates à iure, & ab eodem Concilio in Episcopis, & Prælatis requisitæ. *in cit. c. 7.*
135 Vtrisque autem Coadiutoribus hoc est comune, vt non dentur nisi de consensu Coadiuti, & alantur de bonis ipsius Ec-
136 clesiæ, vt obseruat praxis, fundata *in d. cap. vn. de cler. ægrot. in 6. et in Concil. Trid. l. cit.*
127 Præmittendum 2. In dando Coadiutore ad tē-

ipms inſpici principaliter ad perſonam Coadiuti, hoc eſt, ad eius inhabilitatem exercendi munia epiſcopalia, videlicet.

138 Si ſit affectus lepra. *cap. qualiter, cum cap. ſeq. & cap. nihil, cum ſeq. 7. q. 1. capit. ex parte, de cler. ægrot.*

139 Ob infirmitatem incurabilem, quæ reddat perpetuò inhabilem ad munus epiſcopale. *cap. p. 7. q. 1. cap. vn. de cler. ægrot. in 6.*

140 Ob ſenectutem, quæ pariter reddat inhabilem ad munus epiſcopale *dict. cap. vn. de cler. ægrot. in 6.*

141 Ad quam, ſi coniuncta

sit cum alijs infirmitatibus, sufficiunt 55. anni, aliàs requirũtur 70. *Gonz. super regul. 8. cancell. gloss. 5. §. 9. n. 85. & 86.*

142 Ob amentiam, dementiam, seu furorem, *d. cap. vn. de cler. ægrot. in 6.*

143 Si linguę officium amiserit. *cap. fin. de cler. ægrot.*

144 Si sit captus ab hostibus: *cap. si Episcopus, de sup. negl. Præl. in 6. clem. 1. de for. comp.*

145 In dandis verò Coadiutoribus cum futura successione principalis respectus habetur ad ipsam Ecclesiam, scilicet ad eius necessitatem, vel vtilitatem. *Concil. Trid. d. cap. 7. sess.*

ſeſſ. 25. de reform. ibi, *quando Eccleſia cathedralis, vel Monaſterij, vrgens neceſſitas, vel euidens vtilitas poſtulat.* v.g.

146 Si timeatur magnum aliquod ſcandalum Sede vacante; quia periculis ſemper eſt obuiandum. *c. vbi periculum, de elect. in 6. l. 1. §. ſed & ſi quis ff. de carbon. edic.*

147 Si Epiſcopus, vel Abbas dilapidaret bona Eccleſiæ, vel Monaſterij. *tenent Abb. in cap. venerabili, in 4. notab. de offic. deleg. & in cap. licet Heli, de Simon. Specul. in tit. de inquiſit. §. nunc videndam, num. 4.* vbi quod in

148 tali casu etiam inuito dari potest.
149 Si speratur conuersio infidelium, quæ est vera vtilitas Ecclesiæ.
150 Ob defensionem, vel recuperationem bonorũ tẽ-
151 poralium Ecclesiæ, quæ dicuntur Christi patrimonium; *cap. cum ex eo, de elect. in 6. notant. Felin. & Dec: in cap. constitutus, de rescrip. c. expedit, 12. q. 1. & c. quoniam. 16. q. 1.*
152. Porro in Episopatibus Italiæ, à pluribus annis citra huiusmodi Coadiutores cum futura successione non dantur, prout denegatus fuit à Sacra Cõgregatione rebus con-

ſiſtorialibus præpoſita E-
piſcopo Nicoteræ die 4.
Auguſti 1666. & Epiſco-
po Torcellen. die 14. Fe-
bruarij 1669.

153 His ita pręmiſſis, reſpõ-
deo: Non poſſe Capitula
tam ſęcularia, quam re-
gularia, in vim concorda-
totũ Coadiutores elige-
re, cum hoc ſit de iure
prohibitum *in d. c. vn. de
cler. agrot. in 6.* ibi, *Coa-
diutorum Epiſcoporum, et
ſuperiorum Prælatorum da-
tionem intelligendam eſſe
de cauſis maioribus, et re-
ferendam ad Sedem Apo-
ſtolicam, ac ab ea, conſue-
tudine non obſtante contra-
ria, tantũmodo poſtulandã.*

Nec obſtare videtur, quod diſpoſito *d. cap. vn.* ſit reſtricta ad Coadiutores temporales, quia fortius vrget in Coadiutori-
154 bus cum futura ſucceſſione, cum nemo poſſit tribuere ius in beneficijs vacaturis, niſi ſolus Papa. *tex. in capit.* 2. *de præben. in* 6.

Sicuti non videtur obſtare, quod *in eod. capit.*
155 *vnic.* detur facultas Capitulis deputandi Coadiutorem Epiſcopo, qui tali infirmitate grauatus ſit, vt quid velit, nolit, exprimere neſciat, quia hæc facultas eſt merè delegata, vt patet ex conteſtu

testu ibi, *Authoritate* A-
156 *postolica*, & in casu spe-
ciali dementiæ, cum re-
strictiua; quod duæ ex tri-
bus partibus Capituli cō-
currere debeant, ac pro-
inde non est generaliter
intelligenda. *Guido Papa*
decis. 473. vers. fin. vbi
157 quod specialis dispositio
in vno casu nedum non
tribuit facultatem arguē-
di, sed imo facit, quod
in alijs casibus ius comu-
ne sit in contrarium.
158 Ex quibus infertur,
materiam dandi Coadiu-
torem Episcopo, vel Ab-
bati, sede plena, esse to-
taliter diuersam, & quasi
è diametro pugnare cum
ma-

materia prouidendi Ecclesijs, & Monasterijs, Episcopali, vel Abbatiali Sede vacante; siquidem vacante Sede prouisio de iure spectat ad Capitula, *cap. 1. de elect.* E contra vero datio Coadiutoris sede plena, est de reseruatis S. Sedi Apostolicæ. *d. capit. un. de cler. ægrot. in 6.*

159 Ac propterea quæcumque in iure disposita de electione, Sede vacante, non sunt deducenda in comprobationem facultatis dandi Coadiutorem Sede ple-
160 na, ex comuni regula, quod à diuersis non fit illatio.

latio. *l. ult. in fin. ff. de calumn. l. Papinianus ff. de minor. l. naturaliter §. nihil comune ff. de acquir. poss.*

161 Quod si forte eligerent, licet ex tali actu nullum ius tribueretur electo, posset tamen Summus Pontifex illum deputare in Coadiutorem cum futura successione, cum expressione consensus Capituli, seu Capitularium, vel maioris partis, *iuxta doctrinam Abb. in cap. 1. num. 4. & ibi Dec. n. 10. de elect.*

162 Quod verò prædicta, Capitula tam sæcularia, quam regularia postulare

va-

valeant Coadiutorem, cum futura successione, non videtur ambigendum, *ex eod. tex. in d. cap. vn. de cler. ægrot. in 6.* ibi, *à Sede Apostolica postulandum*.

163 Vtrum postulandus sit per scrutinium, *iuxta statuta in sæpius citat. capit. quia propter*, an verò sufficiat per simplicem actum Capitularem? Hec difficultas resoluitur ex his, quæ diximus supra *n.* 87. *& seqq.* de postulatione Sede vacante, vbi probauimus, postulationem, licet fieri possit per scrutinium, hoc tamen pro forma non requiri, sed suf-

sufficere, vt fiat per simplicem actum Capitularem.

Cuius quidem postulationis Coadiutoris instrumentum sub tali themate concipi posset.

164 In nomine Domini, Amen. Cunctis, &c. quod Anno, &c. Cum sit, quod die, &c. in Capitulo Canonicorum huius Ecclesiæ Cathedralis N. legitimè, & in loco solito, de more congregato, N. Decanus proposuerit, qualiter Reuerendissimus N. eiusdem Ecclesiæ Episcopus reperiatur senio confectus, vt omnibus notum est, & valde timen-

dum sit, ne ipso, e viuis sublato, si de alio successore in eius vita prouisum non fuerit, dissidiorum, & ambitionum procellæ quietem, & tranquillitatem eiusdem Ecclesiæ conturbent; Atque ad obuiandum huiusmodi imminentibus scandalis nullum magis salutare remedium superesse, quã si Coadiutor cũ futura successione postuletur, quapropter omnes Concapitulares adhortatus fuit, vt, accedente etiã eiusdẽ Reuerendissimi Antistotis assensu, consulere velint, de illo in Coadiutorem cum futura succes-

ſione poſtulando, qui virtutibus, & meritis ornatus; tanto muneri ſit ſufficiens; Cumquè omnes Capitulares . . reſpondiſſent, rem indigere maturiori deliberatione, indicta fuitdies hodierna & in terim citati omnes, qui debuerunt; voluerunt, & potuerunt commodè intereſſe. Qua quidem die, hora . . : omnes Capitulares, videlicet N. Decanus, NNNNN. totum Capitulum repræſentates, coram me Notario, & teſtibus infraſcriptis capitularem locum ingreſſi ſunt. Poſt hæc N. Secretarius Capi-

tuli

tuli omnium Capitulariũ nomina, & cognomina, e schedula, quã manu gerebat, alta voce recensuit. Quo peracto idem Decanus mihi Notario, & testibus infrascriptis precepit, vt ad valuas Ecclesiæ accedens, in nouæ, & reiteratæ, ac peremptoriæ citationis signum refigerem citationem edictalem, ac denuò reproducerem, & publicè legerem. His peractis idem Decanus contumaciam non comparentium accusauit, & post Hymnum, *Veni Creator Spiritus*, manu ad librum Euangeliorum admota, iurauit si-

cuti

cuti & omnes alij Capi-
tulares iurarunt, de me-
liore, & vtiliore in Coa-
diutorem cum futura suc-
cessione postulando. Tun-
idem Decanus mandaui-
per me Notarium, vna
cum ijsdem testibus, per-
quirere singulorum Ca-
pitularium vota, &c. *pro-*
ut supra in forma postula-
tionis Episcopi Sede vacante
num. 109. mutato solum
nomine Episcopi in Coadiu-
torem cum futura succes-
sione.

Quando Summus Pon-
tifex per suas litteras in
forma Breuis hortatur
Canonicos alicuius Ca-
thedralis, ad eligendum

E Coa-

cuti & omnes alij Capi-
tulares iurarunt, de me-
liore, & vtiliore in Coa-
diutorem cum futura ſuc-
ceſſione poſtulando. Tunc
idem Decanus mandauit
per me Notarium, vna
cum ijſdem teſtibus, per-
quirere ſingulorum Ca-
pitularium vota, &c. *pro-
ut ſupra in forma poſtula-
tionis Epiſcopi Sede vacate
num. 109. mutato ſolum
nomine Epiſcopi in Coadiu-
torem cum futura ſucceſ-
ſione.*

Quando Summus Pon-
tifex per ſuas litteras in
65 forma Breuis hortatur
Canonicos alicuius Ca-
thedralis, ad eligendum

Coadiutorem cum futura successione, dicendo, *Vos, hortamur, vt illum Coadiutorem cum futura successione eligatis, qui virtute, &c.* Vtrum ad electionem huiusmodi Coadiutoris requiratur scrutinium *statutum in præcitato cap. quia propter*, nec ne; licet videatur prima facie dicendum affirmatiuè propter verbum, *eligatis*, quod rigorosè, & in sua strictiori significatione sumptum, importat electionem per scrutiniũ, vt visum est supra *nu. 32.* veritas tamen est in contrarium.

Etenim vel adest legi-

tima causa, deputandi Coadiutorem cum futura successione, vel non
166 adest. Si non adest legitima causa, certum est, quod Papa illum non deputabit, quia Romanus
167 Pontifex, qui iura tuetur, quod aliàs multis vigilijs stabilitum est; vno verbo non subuertet. *cap. Ecclesia vestra, il 2. ae elect.*

Si verò adest legitima causa, sicuti Summus Pontifex potest illum deputare irrequisito consensu Capituli, vt videbimus
168 infra *nu.* 181. ita & multo magis illum deputare poterit attento consensu

Capitularium, etiam extra Capitulum quomodocumq; collecto cum talis consensus requiratur à
169 Papa solum honestatis, & vrbanitatis causa, cuius
176 lege quodammodo videtur adstringi. *cap. peruenit*, 11. *q.* 1. *l. digna vox C. de legi*. vel etiam ad se informandum de qualitatibus, & meritis personæ in Coadiutiorem deputandæ.

Neque obstat, quod Papa vtatur verbo, *eligatis*, quia vt vidimus su-
171 pra *num.* 30. nomen electionis genericè sumpctum comprehendit etiam nudum consensum

natu-

naturalem, qui ante sta-
tutas à iure solemnitates
erat ad canonicam ele-
ctionem sufficiens.

Et videretur valdè ri-
diculum asserere, quod
Summus Pontifex, dum
attenta legitima, & ra-
tionabili causa, hortatur
172 Capitulares, ad eligen-
dum Coadiutorem cum
futura successione, vellet
se adstringere, ad illum
non deputandum, nisi
prestito per ipsos Capitu-
lares consensu per scruti-
nium, cum ad hoc non
possit adduci ratio in iure
scripta; neque etiam in
173 vim concordatorum,
cum illorum vigore non

solum non teneatur confirmare electum à Capitulo Sede Episcopali vacante, sed rationabili, & legitima existente causa, non obstante electione facta per Capitulum, & non attento iure per electum ex huiusmodi electione quęsito, de digniori, & vtiliori persona prouidere possit, vt patet ex lectura suprà extensæ constitutionis.
174 Vnde semper verum est, dicere, Papam requirere consensum Capitularium ex honestate, & vrbanitate tantum, non
175 autem de necessitate; quia Romani Pontificis

Iudicium ab aliorum arbitrio pendere non debet. *cap. bona memoriæ.il 2. de poſtul.* ac propterea ſufficit conſenſus naturalis, abſque vlla neceſſitate ſcrutinij.

Confirmatur ex tenore litterarum deputationis huiuſmodi Coadiutorum, quia licet in Breui hortatorio dicatur, *Coadiutorem cum futura ſucceſſione eligatis*, & à Capitulis ad parendum Breui eligatur Coadiutor per ſcrutiniũ, in expeditione tamen litterarum Coadiutoriæ nulla fit mentio de ſcrutinio, ſed de ſolo conſenſu, cum
176 expediantur ſub hac for

ma, *Coadiutorem perpetuum, & irreuocabilem in regimine, & administratione Ecclesiæ N. cum futura in ea successione*, attento consensu dilectorum filiorum Capituli, *dictæ Ecclesiæ, ad quos electio personæ idoneę in* Episcopum, *dum ipsa Ecclesia pro tempore vacat, per Romanum Pontificem, pro tempore existentem, ad electionem huiusmodi præficien, iuxta concordata dudum inter Sedem Apostolicam, & inclitam nationem Germanicam inita spectat, & pertinet, desuper præstito, &c. constituimus, & deputauimus.*

Ex

Ex qua litterarum forma constat, & si in Breui hortatorio dicatur, *eligatis Coadiutorem*, quomodocumquè tamen eligatur, etiam si per scrutinium, in ipsi litteris depu-
177 tationis nullam fieri mẽtionem de electione, vel scrutinio, sed de solo consensu, qui de suo con-
178 ceptu non importat aliud, quam concursum in voluntatem. *Alberic. in diction. & Caluin. in lex. iur. cod. verbo*. Argumen-
179 tum autem ab effectu est in iure validissimum, *cap. at si clerici, in prin. de iudic. l. non codicillum. C. de testam.*

180 Vnde patet, optimè locutum Maraldum, in huiusmodi materijs apprimè versatum, in Consilio, *Colonien Coadiutoria cum futura successione*, §. *secunda obiectio*, quod videlicet in deputandis huiusmodi Coadiutoribus cũ futura successione, non requiratur consensus formalis Capituli, sed sufficiat consensus Capitularium, vndequaquè collectus.

181 Quod verò Summus Pontifex possit deputare Coadiutorem cum futura successione de solo consensu Coadiuti, non requisito consensu Capituli,

tuli, seu Capitularium, absquè eo quod dicatur contrauenire Concordatis; quatenus adsit rationabilis, & legitima causa, constat ex eo, quia, datio Coadiutoris huiusmodi ex dispositione iuris comunis ante concordata, & ante regulas Cancellariæ, spectabat ad Sedem Apostolicam tantum, *cap. vn. de cler. ægrot. in 6. iunct. cap. 2. de præben. eod. tit.* Et in vim concordatorum nihil amplius iuris quæsitum fuit Capitulis Germaniæ, quod ante emanatas regulas Cancellariæ Apostolicæ illis non compe-

teret, sed sublata tantum
de medio regula secunda
reseruatoria Ecclesiarum,
& Monasteriorum, nouũ
robur reassumpsisse anti-
qua iura, de prouisione
Ecclesiarum, & Monaste-
riorum statuentia, vt vi-
182 dimus supra *nu.* 42. Ne-
mini verò facit iniuram,
qui vtitur iure suo; *capit.
cum Ecclesia 31. de elect. l.
iniuriarum ff. de iniur. l.
si quis indebitam C. de
condic. ob caus. cum con-
cord.*

Nec refragatur obie-
ctio, quod per talem de-
183 putationem Coadiutoris
cum futura successione
Capitulum priuaretur iu-
re

re eligendi, adueniente obitu Coadiuti, contra iuris dispositionem de non tollendo iure quæsito. Quia vt visum est supra *numer. 46. & seqq.* Capitulis nullum competit ius eligendi Sede plena, sed tale ius oritur solum Episcopali, seu Abbatiali Sede vacante. Ac propterea dici non potest, quod per deputatio-
184 nem huiusmodi Coadiutoris Papa tollat quod non est, *cap. ad dissoluendum de despons. impub. l. eius qui in prouincia, vers. quoniam ff. si cert. pet. cum simil.*
185 Sed potius quod impe-

diat,

diat, ne oriatur ius eligendi, quod non est quid
186 considerabile; cum habeamus bonum textum *in l. inter stipulantem §. sacrum ff. de verbor. oblig.* ibi, *si stipulatus fuero ex fundo centum amphoras vini, expectare debeo, donec nascatur, & si natum sine culpa promissoris consumptum sit, expectare debeo, donec iterum nascatur, & per has vices aut valituram, aut cassaturam stipulationem*. Caret au-
187 tem culpa, qui id facit, quod iustum est, & lege permittente. *capit. quid dicam*, 14. *quaest.* 4. ibi, *hoc autem iure, quod iustè &*

& hoc iustè, quod benè l. si quis fugitiuus. §. quod labeonem ff. de edilit. edict.

188 Verum tamen est, quod id rarò accideret, quia ad euitandas querelas, nisi aliter vrgentissima cogeret necessitas, Papa semper requiret con-
189 sensum Capitulorum, non quidem ex iuris necessitate, sed honestatis, & vrbanitatis causa, ad quam quodammodo adstringi videtur. *ÿ q. 1. peruenit, & l. digna vox C. de legi.*

Forma verò instrumenti electionis Coadiutoris cum futura successione, in

in vim Breuis Apostolici, erit, vt sequitur.

190 In nomine Domini, Amen. Cunctis pateat, &c. quod anno, &c. Cum sit, quod die, &c. Conuocato Capitulo Canonicorum huius Ecclesiæ N. in loco solito, de more, &c. N. Decanus habens præ manibus quasdam litteras Apostolicas in forma Breuis cum Sigillo Anuli Piscatoris in cera rubea, Sanas, Integras, non Cancellatas, & omni prorsus vitio carentes, illas tradiderit legendas N. Secretario Capituli, qui alta, clara, & intelligibili voce, omni-

nibus Capitularibus, vt dixerunt, audiendibus, & rectè precipientibus, perlegit, quibus Santitas sua, commemorando prouectiorem, & quasi cadentem ætatem N. huius Ecclesiæ Episcopi, & quibus periculis subesset eadem Ecclesia, si ipso Episcopo e viuis sublato, de alio successore in eius vita non esset prouisum, hortabatur eosdem Capitulares, vt reiectis partium studijs, in comune consulerent, vt quantocius illum Coadiutorem cum futura successione eligerent, qui virtute, ac meritis ornatus, tanto oneri

neri ferendo esset par. Quarum litterarum tenore audito, fuit eisdem ab omnibus, & singulis Capitularibus exhibita debita reuerentia, & oblata paritio. Verum cum ageretur de re tanti momenti, & quæ maturiori indigebat deliberatione, vnanimi consensu decreta fuit dies præsens. Et interim citati omnes absentes, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt commodè interesse, &c. *vt in alia formula, numer.* 163.

Colligitur ex dictis primo. In postulatione Coadiutoris cum futura suc-

191 cessione, non habere locum id, quod diximus supra *num. 69.* nempe, completa electione non admitti consensum eorum, qui fuerunt absentes, vel in Capitulo non consenserunt; Et multò minus in præstando consensu ad parendum Breui
192 Apostolico, quia semper admittitur consensus etiam extra Capitulum.
193 Et ratio est quia in deputando huiusmodi Coadiutore Papa, respicit principaliter ad causam.
194 Si enim non existat legitima causa, etiam si pręstaretur consensus ab omnibus per scrutinium, illum

lum

lum non deputabit; quia esset contra iuris dispositionem, & mentem Concilij Trid. *vt vidimus supra numer.* 130. *&* 133. & Papa non subuertit iura, sed illa tuetur, *vt vidimus pariter num.* 167. E contra verò legitima existente causa, illum deputabit cum nudo consensu naturali, *vt etiam diximus supra num.* 168. *&* 176. Consensus autem naturalis dari potest etiam extra Capitulum.

Colligitur secundò, licet ex parte Capituli po-
195 stulatio Coadiutoris fieri debeat capitulariter, citatis omnibus interesse ha-

habentibus; Papam tamen non adſtringi, ad illum non deputandum, niſi poſtulatio fiat capitulariter, quia legitima exiſtente cauſa, poteſt eſſe contentus ſolo conſenſu naturali, *ex Doctrina Abb. & Dec. ſupra citat. num.* 161.

Vtrum vacante aliqua Eccleſia per ceſſionem, ſeu renunciationem, Papa citra electionem, vel
196 conſenſum Capituli prouidere poſſit, videtur tenendũ affirmatiuè ex his quæ diximus ſupra *n.* 42. *& ſeq* quod videlicet per Bullam Concordatorum, ſublata tantum de medio

regu-

regula reseruatoria, reuiuixerint omnia antiqua iura de prouisione Ecclesiarum statuentia, ac propterea cum cessio, seu re-
197 nunciatio Ecclesiarum, fieri non possit, nisi apud S. Sedem Apostolicam, *capit. ad supplicationem, de renun. & c. 2. de translat.*
198 & beneficijs, quæ vacant apud eandem Sedem, solus Papa prouideat, *c. 2. de præben. in 6.* per consequens Summus Pontifex, admissa huiusmodi cessione, citra electionem, & irrequisito consensu Capituli prouidere poterit.
199 Causæ verò, ob quas ad-

admittitur à Sanctissimo dimissio Ecclesiarum, præuia discussione in Sacra Congregatione Consistoriali sunt.

200 Aeris intemperies, non quidem omnis, sed quæ naturæ cedentis sit contraria. *cap. ad supplicationem, de renun.*

201 Inimicitiæ capitales, ob quas cedens in diœcesi commorari non potest. *d. capit. ad supplicationem.*

202 Crimen, quod post peractam pænitentiam, impedit ordinis executionem. *c. nisi cum pridem §. propter conscientiam, de renun.*

De-

263 Debilitas corporis procedens ab infirmitate continua, & à senectute, quæ reddat inhabilem ad munus Episcopale. *dict. capit. nisi* §. *alia verò causa.*

204 Defectus scientiæ necessariæ ad gubernandam Ecclesiam; *d. cap. nisi* §. *pro defectu.*

205 Malitia plebis, quando nulla superst spes, illam ad meliorem frugem reducendi. *d. cap. nisi* §. *propter malitiam.*

206 Scandalum graue, quod aliter sedari non possit, *dicto cap. nisi* §. *pro graui quoquè.*

207 Irregularitas, ob quam de-

debet, etiam quis cogi,
208 ad renunciandum. *d. cap. nisi* §. *personæ verò*.

Stantibus igitur huiusmodi causis, vel earum altera, admíttitur à Papa cessio, seu renunciatio Ecclesiarum, dummodo
209 cedens doceat, se aliunde habere, cum quo decenter viuat, ad quē finē concedi potest etiam retentio beneficiorum. *d. cap. ad supplicationem, de renun.*

201 Non debet tamen Papa de facili admittere huiusmodi cessiones, præsertim si probabiliter credatur, cedere volentem Ecclesiæ fore vtiliorem. *capit.* 1. *de renun.* Quia

211 matrimonium ſpirituale, ſtrictius ligat quam carnale. *capit. 2. de translat.*

Quod dictũ eſt de ceſſione, ſeu renunciatione, habet locum etiam in translatione, quia ſolus
212 Papa de vna Eccleſia ad aliam transferre poteſt. *cap. 1. 2. 3. & cap. licet, de translat. cap. niſi, & cap. quod translationem, de eff. lega. cap. ſi quis Epiſcopus. 7. quaeſt. 1.*

Cauſæ concedendi trãslationem de vna Eccle-
213 ſia ad aliam, duæ aſſignantur, ſcilicet neceſſitas, & euidens vtilitas, non perſonæ, ſed Eccleſiæ.

six. c. quanto, de translat. cap. post translationem §. vlt. de renun. de qua necessitate, & vtilitate dixi supra, *a num.* 145. *vsque ad* 151.

Quid dicendum, si noua in Germania erigere-
214 tur Ecclesia? Respondeo in primis, solum Papam posse diuidere Episcopatus, *gloss. in verbo diuisis, cap. 1. dist.* 10. Et nouam
215 Cathedralem erigere, *cap. præcipimus, & ibi omnes scribentes,* 15. *quæst.* 1. legitimis tamen ita suadentibus causis, quæ sunt.

216 Amplitudo diœcesis, cui vnus Præsul non suf-

 ficiat.

ficiat. *extrau. Saluator, de praben.*

217 Excrescentia populi. *d. cap. pracipimus, & dict. extrau. Saluator.*

218 Salus populi, & diuini cultus augmentum. *dict. extrau. Saluator.*

219 Insignitas loci, in quo erigenda est Ecclesia, non in Castellis, & modicis Ciuitatibus, ne dignitas Episcopalis vilescat. *cap. Episcopi, & cap. illud. 80. dist. c. episcopalia, de priuil.*

220 Adsit dos sufficiens pro Ecclesia, Episcopo, & Capitulo, *de conf. d. 1, nemo, & c. cum sicut, de conf. Eccl.* & ius alterius non lædatur, *c. quicumque 16. q. 1.*

Si

Si igitur ob huiusmodi causas Papa nouam erige-
221 ret Ecclesiam, crederem, quod Ecclesiæ sic nouiter erectæ Canonicis competeret ius eligendi Præsulem; tum quia constitutio loquitur indefinitè, ac proinde vni-
222 uersaliter intelligenda, *gloss. in capit. ut circa, verbo, aliorum, de elect. in 6.* tum etiam quia, priuilegium cum sit locale, ad omnes personas extenditur, *capitul. per exceptionem, de priuil. in 6.*
223 E contra verò si Papa duas simul vniret Ecclesias; quod item solus facere potest. *cap. & temi-*

poris, cum capit. seq. 16. *quaest.* 1. *capit. sicut vnire, de excess. Praelat.* ad quosnam spectaret electio Episcopi, opus est distinctione.

224 Nam vel vna supprimeretur ob causas in iure statutas, scilicet vel ob necessitatem, quia ad inopiam redacta dignitas, Episcopalis vilesceret, *c. episcopalia, de priuil.* vel ob euidentem vtilitatem, *cap. exposuisti, de praeben.* & alteri subijceretur.

Vel ita, vt ex duabus dignitatibus fieret vna tantum, & hoc modo non essent duae, sed vna Ecclesia, & illi, qui essent Ca-

Canonici in vna, essent vicissim Canonici in altera. *gloss. in d. capit. & temporis, verbo, vnire.*

Vel demum ita vnirentur, vt vtraquè Ecclesia remaneret Episcopalis, sicuti Materanen, & Acheruntina, Recineten, & Lauretana, Sutrina, &
225 Nepesina, & huius generis plurę in Italia. In quibus Præsules æq; vocātur Episcopi vnius ac alterius Ecclesię hoc posito.
226 Si primo modo fieret vnio, cum, suppressa, Cathedralitate, remaneant etiam extincta omnia iura, priuilegia, & prerogatiuę Cathedrali-

in vim Breuis Apostolici, erit, vt sequitur.

190 In nomine Domini, Amen. Cunctis pateat, &c. quod anno,&c. Cum sit, quod die, &c. Conuocato Capitulo Canonicorum huius Ecclesiæ N. in loco solito, de more, &c. N. Decanus habens præ manibus quasdam litteras Apostolicas in forma Breuis cum Sigillo Anuli Piscatoris in cera rubea, Sanas, Integras, non Cancellatas,& omni prorsus vitio carentes, illas tradiderit legendas N. Secretario Capituli, qui alta, clara, & intelligibili voce, omni-

nibus Capitularibus, vt dixerunt, audiendibus, & rectè precipientibus, perlegit, quibus Santitas sua, commemorando prouectiorem, & quasi cadentem ætatem N. huius Ecclesiæ Episcopi, & quibus periculis subesset eadem Ecclesia, si ipso Episcopo e viuis sublato, de alio successore in eius vita non esset prouisum, hortabatur eosdem Capitulares, vt reiectis partium studijs, in comune consulerent, vt quantocius illum Coadiutorem cum futura successione eligerent, qui virtute, ac meritis ornatus, tanto oneri

neri ferendo esset par. Quarum litterarum tenore audito, fuit eisdem ab omnibus, & singulis Capitularibus exhibita debita reuerentia, & oblata paritio. Verum cum ageretur de re tanti momenti, & quæ maturiori indigebat deliberatione, vnanimi consensu decreta fuit dies præsens. Et interim citati omnes absentes, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt commodè interesse, &c. *vt in alia formula, numer.* 163.

Colligitur ex dictis primo. In postulatione Coadiutoris cum futura succes-

191 cessione, non habere locum id, quod diximus
supra *num. 69.* nempe,
completa electione non
admitti consensum eorum, qui fuerunt absentes, vel in Capitulo non
consenserunt; Et multò
minus in præstando consensu ad parendum Breui
192 Apostolico, quia semper
admittitur consensus, etiam extra Capitulum.
193 Et ratio est quia in deputando huiusmodi Coadiutore Papa, respicit
principaliter ad causam.
194 Si enim non existat legitima causa, etiam si prestaretur consensus ab omnibus per scrutinium, il-

lum non deputabit, quia esset contra iuris dispositionem, & mentem Concilij Trid. *vt vidimus supra numer.* 130. *&* 133. & Papa non subuertit iura, sed illa tuetur, *vt vidimus pariter num.* 167. E contra verò legitima existente causa, illum deputabit cum nudo consensu naturali, *vt etiam diximus supra num.* 168. *&* 176. Consensus autem naturalis dari potest etiam extra Capitulum.

Colligitur secundò, licet ex parte Capituli po-
195 stulatio Coadiutoris fieri debeat capitulariter, citatis omnibus interesse ha-

habentibus; Papam tamen non adstringi, ad illum non deputandum, nisi postulatio fiat capitulariter, quia legitima existente causa, potest esse contentus solo consensu naturali, *ex Doctrina Abb. & Dec. supra citat. num.* 161.

Verum vacante aliqua Ecclesia per cessionem seu renunciationem, Papa citra electionem, vel
196 consensum Capituli prouidere posse, videtur tenendũ affirmatiuè ex his quæ diximus supra *n.* 42. *& seq* quod videlicet per Bullam Concordatorum sublata tantum de medi[…]
regu-

habentibus; Papam tamen non adſtringi, ad illum non deputandum, niſi poſtulatio fiat capitulariter, quia legitima exiſtente cauſa, poteſt eſſe contentus ſolo conſenſu naturali, *ex Doctrina Abb. & Dec. ſupra citat. num.* 161.

Verum vacante aliqua Eccleſia per ceſſionem, ſeu renunciationem, Papa citra electionem, vel
196 conſenſum Capituli prouidere poſſit, videtur tenendũ affirmatiuè ex his quæ diximus ſupra *n.* 42. *& ſeq* quod videlicet per Bullam Concordatorum, ſublata tantum de medio regu-

regula reseruatoria, reuiuixerint omnia antiqua iura de prouisione Ecclesiarum statuentia, ac propterea cum cessio, seu re-
197 nunciatio Ecclesiarum fieri non possit, nisi apud S. Sedem Apostolicam, *capit. ad supplicationem, de renun. & c. 2. de translat.*
198 & beneficijs, quæ vacant apud eandem Sedem, solus Papa prouideat, *c. 2. de præben. in 6.* per consequens Summus Pontifex, admissa huiusmodi cessione, citra electionem, & irrequisito consensu Capituli prouidere poterit.
199 Causæ verò, ob quas ad-

admittitur à Sanctissimo dimissio Ecclesiarum, præuia discussione in Sacra Congregatione Consistoriali sunt.

200 Aeris intemperies, non quidem omnis, sed quæ naturæ cedentis sit contraria. *cap. ad supplicationem, de renun.*

201 Inimicitiæ capitales, ob quas cedens in diœcesi commorari non potest. *d. capit. ad supplicationem.*

202 Crimen, quod post peractam pænitentiam, impedit ordinis executionem. *c. nisi cum pridem §. propter conscientiam, de renun.*

De-

debet, etiam quis cogi,
208 ad renunciandum. *d. cap. nisi §. personæ verò.*

Stantibus igitur huiusmodi caufis, vel earum altera, admittitur à Papa ceffio, feu renunciatio Ecclefiarum, dummodo
209 cedens doceat, fe aliunde habere, cum quo decenter viuat, ad quē finē concedi poteft etiam retentio beneficiorum. *d. cap. ad fupplicationem, de renun.*

201 Non debet tamen Papa de facili admittere huiufmodi ceffiones, præfertim fi probabiliter credatur, cedere volentem Ecclefiæ fore vtiliorem. *capit. 1. de renun.* Quia

211 matrimonium ſpirituale, ſtrictius ligat quam carnale. *capit. 2. de tranſlat.*

Quod dictũ eſt de ceſſione, ſeu renunciatione, habet locum etiam in translatione, quia ſolus
212 Papa de vna Eccleſia ad aliam transfere poteſt. *cap. 1. 2. 3. & cap. licet, de translat. cap. niſi, & cap. quod translationem, de off. lega. cap. ſi quis Epiſcopus. 7. quæſt. 1.*

Cauſæ concedendi tr̃aslationem de vna Eccle-
213 ſia ad aliam, duæ aſſignantur, ſcilicet neceſſitas, & euidens vtilitas, non perſonæ, ſed Eccleſiæ.

fix. c. quanto, de translat. cap. post translationem §. *vlt. de renun.* de qua necessitate, & vtilitate dixi supra, *a num.* 145. *vsque ad* 151.

Quid dicendum, si noua in Germania erigere-
214 tur Ecclesia? Respondeo in primis, solum Papam posse diuidere Episcopatus, *gloss. in verbo diuisis, cap.* 1. *dist.* 10. Et nouam
215 Cathedralem erigere, *cap. præcipimus, & ibi omnes scribentes,* 15. *quæst.* 1. legitimis tamen ita suadentibus causis, quæ sunt.
216 Amplitudo diœcesis, cui vnus Præsul non suf-

 ficiat.

ficiat. *extrau. Saluator, de praeben.*

217 Excrescentia populi. *id. cap. praecipimus, & dict. extrau. Saluator.*

218 Salus populi, & diuini cultus augmentum. *dict. extrau. Saluator.*

219 Insignitas loci, in quo erigenda est Ecclesia, non in Castellis, & modicis Ciuitatibus, ne dignitas Episcopalis vilescat. *cap. Episcopi, & cap. illud. 80. dist. c. episcopalia, de priuil.*

220 Adsit dos sufficiens pro Ecclesia, Episcopo, & Capitulo, *de cons. d. 1. nemo, & c. cum sicut, de cons. Eccl.* & ius alterius non laedatur. *c. quicumque 16. q. 1.*

Si

Si igitur ob huiusmodi causas Papa nouam erige-
221 ret Ecclesiam, crederem, quod Ecclesiæ sic nouiter erectæ Canonicis competeret ius eligendi Præsulem; tum quia constitutio loquitur indefinitè, ac proinde vni-
222 uersaliter intelligenda, *gloss. in capit. vt circa, verbo, aliorum, de elect. in 6.* tum etiam quia priuilegium cum sit locale, ad omnes personas extenditur. *capitul. per exceptionem, de priuil. in 6.*
223 E contra verò si Papa duas simul vniret Ecclesias, quod item solus facere potest. *cap. & tem-*

 po-

Canonici in vna, essent vicissim Canonici in altera. *gloss. in d. capit. & temporis, verbo, vnire.*

Vel demum ita vnirentur, vt vtraquè Ecclesia remaneret Episcopalis, sicuti Materanen, & Acheruntina, Recineten, & Lauretana, Sutrina, &
225 Nepesina, & huius generis plurę in Italia. In quibus Præsules æq; vocātur Episcopi vnius ac alterius Ecclesię hoc posito.
226 Si primo modo fieret vnio, cum, suppressa Cathedralitate, remaneant etiam extincta omnia iura, priuilegia, & pręrogatiuę Cathedrali-

tatis. *cap. accessorium*, *&* *ibi omnes DD. de regul. iur. in 6. l. si principalis, vbi Dec. ff. de regul. iur.* cer-
227 tum est, quod electio pertineret solum ad Canonico Cathedralis, cui Ecclesia suppressa fuisset vnita.
228 Si secundo modo fieret vnio, Canonici vtriusquè Ecclesiæ possent interesse electioni Episcopi, sicuti, & alijs comunibus negocijs. *gloss. in d. cap. & temporis. dicto uerbo vnire.*
229 Si demum tertio modo fieret, crederem pariter Canonicos vtriusq; Cathedralis electioni interuenire debere, cum eligendus esset comunis v-

triuſ-

utriuſquè Eccleſiæ Præſul.
l. in re communi ff. de ſeruit. urban. præd.

Verum de hóc tertio modo vniendi Eccleſias
230 in Germania, queſtio eſt merè ſpeculatiua, quia ex diſpoſitione Apoſtolicâ, legitimis rationibus ita ſuadentibus, in Sacra rerum Conſiſtarialium Cõgregatione diſcuſſis, conceditur pluralitas Eccleſiarum, ſicuti pluries obſeruatum, & legi, & vidi, & in ſpecie die 24. Februarij 1668. cum Epiſcopo Paderbornẽ ex progenie nobilium Baronum de Fuſtemberg, qui cum retentione eiuſdem Ec-

clesiæ, deputatus fuit in Coadiutorem cum futura successione in Episcopatu Monasteriensi. Die 10. Aprilis 1669. confirmata fuit electio Episcopi Brisinonen in Episcopu Tridentinum cum retentione prioris Ecclesiæ. Et Princeps de Badē Abbas Fulden. nouissime Ordinis S. Benedicti, deputatus fuit in Coadiutorem cum futura successione Abbatis siburgen, cumretentione prædictæ Abbatiæ, Coadiutoriæ cum futura successione Abbatis Campidonæ, & duorum Canonicatum in Ecclesijs Colonię, & Argentinæ.

INDEX.

A.

B.

C.

nict

Dispo-

E.

L.

M.

N.

per

Q.

R.

S.

T.

V.